



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

67. An secretum tanquam in confessione detectum obliget, ac si fuisse dictum in confessione? Ex p. 5. tr .11. res. 54.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

# 456 Tract. Oct. de Sigillo Conf. Ref. LXVII.

3. Non desinam tamen hic pro Confessariis adnotare cum Granado de *Sacrament.* in *tertia parte,* *controversi septima,* tractat. *undecimo,* *disputatione sexta,* *numero quarto,* quod si peccatum sit tale, ut si Confessarius neget illud sibi fuisse confessum, detur occasio saltem rudi populo existimandi penitentem male confessum fuisse; non debet Confessarius respondere negando, sed his, vel similibus verbis: Peccata sua confessus est, & ego illum absolu, vel functus sum officio meo, verbi gratia, si meretriz, vel alia persona vita perdita, quam confiteat haec non fuisse alteri confessum, accedit ad Petrum Sacerdotem, illique confiteatur, postea vero quicquam imprudens accedit & interrogat: Nunquid mulier hæc confessa est tibi meretricium suam vitam; non poterit respondere Sacerdos non fuisse confessum eiusmodi peccata, quia inde saltem rudes possent eam male fuisse confessam: sed reprehendat interrogantem, & inducentem ad sacrilegium. Si vero quicquam aliud dicturus sit, respondeat etiam ipsam aperius peccata sua, & ipsum functionem fuisse officio suo Confessarii. Et si querat Sacrista, vel Minister Missæ à Confessario, an apponenda sit particula, ut consecetur pro communione Petri, respondeat Confessarius, ut ab ipso penitente quaeratur, sic enim notat Granado & Henriquez lib. 6. c. 21. num. 4. in glossa lit. X.

*In indice primo huic Tom. I. Vide in fine huic tract. 8. alias paucissimas diffic missas & dispersas per alios Tom. Tract. & Ref. que simul pertinent ad hunc Tract. 8. de Segillo Confessionis.*

## RESOL. LXVII.

*An secretum tanquam in confessione detectum obligat, ac si finisset dictum in confessione? Ex parte tract. 11. Refol. 5. 4.*

§. 1. **C**asi si passim accidit, & nosfer bonus & doctus lexus Pater Naldus ad illum responderet in *summa ver. Reuelare, nuns. 5.* Reuelari non potest quod sibi dictum fuit tanquam res dicta in confessione quamvis enim non cadat sub sigillo confessionis Sacramentalis, perinde tamen arcat ad celandum illud, ac si dictum fuisse in confessione. Ita ille.

2. Sed in specie nominationis contra illum insurgit novissime Theophilus Raynaud. in tr. de *Monitione p. 1. o. 3. q. 4.* vbi sic asserit. Miror autem quid in mente venerit Naldo, vt dicaret, quamvis non interveniat sigillum confessionis, in ea commissione arcana cum protestatione praedicta, tamen perinde hominem arcati ad celandam rem sic communiam, ac si in confessione sacramentali fuisse concredata, hoc enim nullo modo verum est. Sic Raynaudus. Dicendum est igitur, tale arcana sic alteri concretum non obligare nisi sub secreto naturali, & in hoc sensu benigno interpretandus est nosfer Naldus, ipse enim negat tale arcana cadere sub sigillo confessionis.



INDEX